

Discursus Studenticus ...

**Pensum Septimum : De Aeiou Bonitate Ad Natalem Theanthrpoy Viro ... Adamo  
Matthaei, Secretario ... Ut Symbolon Gratulatorium Ac Commendatitum Anno  
MDCCXXXIII. D. D. D. Endeiknys Megaloprepeian P.P.**

Rostochii: Adler, 1733

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82861217X>

Band (Druck)   Freier  Zugang   

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn82861217X/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82861217X/phys_0001)



MK-7973<sup>a</sup>.







Fr. Bachmann

15 Blätter  
1732-75

wol. unicum

U. - Bibl. hat nur einen Teil

PENSUM SEPTIMUM  
ΔΙΑΝΟΗΜΑΤΟΣ ΣΤΟΥΔΕΝΤΙΚΟΥ.  
DE  
**A E I O U**  
**BONITATE**  
AD  
NATALEM  
ΘΕΑΝΩΡΟΠΟΥ  
**VIRO**  
PRÆNOBILISSIMO, DOCTISSIMO,  
CLARISSIMO  
**DOMINO ADAMO**  
**MATTHÆI,**  
SECRETARIO  
MERITISSIMO AC SPECTABILISSIMO,  
UT  
ΣΥΜΒΟΛΟΝ  
GRATULATORIUM AC COMMENDATITIUM  
ANNO MDCCXXXIII.  
D. D. D.  
ΕΝΔΕΙΚΝΥΣΟ ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΙΑΝ.  
P. P.

ROSTOCHII,  
Typ's IO. IAC. ADLRI, SEREN, PRINC. & ACAD.  
Typographi.



## PROGYMNASMA,

§. I.

**N**on induxi quidem animo, de literis, qua literis multa verba facere, cum alias amplissimus esset campus, in quo se representaret *ταλιγγενεσία* literarum, quam ERASMO literarum restauratori atque principi, quo elogio eum maxime salutat B. LUTHERUS (a) debemus, cum pridem barbaries Europam inundasset, quicquammodum eandem jamjam experti sunt Saraceni & Arabes, quondam literarum cultu totum superantes orbem, veluti autoritate JOH. SCALIGERI & GALLEOTTI MARTII (b) & DURETO (c) demonstravit CHRISTOPH. BESOLDUS (d) & HOTTINGERUS (e). Eodem morbo Epidemico, cui nec herba haec tenus Aesculapius mederi valuit, laborant hodie literæ apud Mahumedanos, qui Græciam, Eruditorum antea Matrem, ita invasit, ut Academiis sublatis, hodiernæ literæ Graecicæ de eo satis testari queant, cœu afferit ORBIS LUMEN (f).

(a) Tom. I. Latin. p. 239. (b) de doctrina promiscua. Cap. VI. (c) Histor. de Langues f. 433. (d) in System. Poet. Lib. I. Cap. X. n. 13. (e) in Analectis diff. VI. de usu linguae Arabicæ in Theol. Medic. κ. τ. λ. (f) pag. 1280.

§. II.

Hæc tamen ne ita intelligantur, obtestor, ac si omnes literæ ὕλικῶς e rerum universalitate eliminatae ac relegatae fuissent; Minime gentium. Tantum enim abest, ut sani sincipitis homo id fibi fingere conetur, ut magis contrarium constet ex literis primævis, quæ omnino non minus atque Græcæ durabunt *ei; reg d'iorde.* Quænam vero primævæ sint varie inter varios disceptatur Philologos. Enim vero ut alia alto transgrediamur silentio, vel solæ nominum ætymologiæ hominum, ante diluvium viventium, quæve Moses ex literis Ebræis diserte derivat, extra omnem collocant controversiam Ebræas antiquissimas, quicquid & ogganniant Adversarii. Plane assentientem se ficit STEPHANUS MORINUS (a).

(a) De lingua primæva, Exercit. I. Cap. XI. p. 68. seqq.

§. III.

Missis CONSONANTIBUS cujuslibet linguae, quarum significations, si quæ sunt, deprehendere licet apud Lexicographos varia-

variarum linguarum, propero ad VOCALES. Non igitur naturalem quandam illis tribuo significationem ex ipsa illarum figura repetendam, nullaque mysteria, quemadmodum constat de Masorethis, in literis quibusdam sive Majusculis sive Minusculis magna arcana sibi somniantibus, de quibus JOH. BUXTORFIUS (a); uti & idem ipsum in mentem primum venisse videtur FRANCISCO MERCURIO HELMONTIO (b). Cum autem hic hanc, ille illam, iste istam literae ejusdem figuræ tribuat significationem, ipsorum quoque vocum diversa variaque erit significatio pro cuiuslibet captu facta, adhibitis nisi certis hujus artis adminiculis, de quibus JAC. RHENFERDIUS (c). De Symbolica vero significatione, quam præ cæteris adscribunt literis Ebræis, nitidissime judicat CHRISTIANUS BENEDICTUS MICHAELIS (d).

(a) In Tyberiade Cap. XIV. seqq. pag. 135 seqq. (b) In Alphabeto naturali pag. 84. (c) diff. de ratione observandi genuinam vocabulorum Ebræorum significationem. p. t. (d) in diff. de vocum feminibus ac literarum significatione hieroglyphica pag. 12

## SECTIO PRIMA. DE ANAGRAMMATICA SIGNIFICATIONE A E I O U. THESIS I.

Ex A E I O U per anagramma elicetur nomen יהוָה.

**H**ucusque ὡς ἐν παρόδῳ. Propius scopo accessurus considerandas subjeci *vocales*, quæ alias *matres lectionis* audiunt. Sunt eæ quinque sequentes: A E I O U, cuiuslibet linguæ essentiales & nat. εξοχὴν literæ dictæ. Forsan autem dicit aliquis: יְהִי־אֹור i. e. fiat lux; Huic vero acceptam vocem duplicato fono referrem: וַיְהִי־אֹור i. e. siebat lux. Nam ex AEIOU anagrammatikō, consideratis oritur das wesentliche Licht da niemand zu kommen kan, i. e. JEOVA, verbum excellentissimum, de quo Joh. I. 1. Εν αρχῇ ἦν τὸν λόγον, καὶ τὸν λόγον ἦν τὸς

A 2

τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸν εἴναι τὸν λόγον. Nec est quod quis objiciat, ubi locorum H in his quinque vocalibus reperiatur. Iste percipiat, quod (a) H non sit litera juxta notissimum dipterum. (b) quamvis & in Ebræo dicitur יהוה, non tamen idcirco H distincta est vocalis ab O, cum quippe H & O non sono & potestate sed quantitate differant, docente VOSSIO (a). (g) H. s. ἂ interdum omittatur, punctis τὸν אָרְנוֹן τְּ וְ cum punctis five vocalibus יְהֹוָה commutatis, ut Ps. xxxiv. v. 3. 4.; quandoquidem & ἂ Syllabam inchoans præprimis in medio vocis ceu liquet Ezech. xxvii. 32. ubi legitur נָחַר pro נָחַר Mich. II. 4. saepius abjiciatur juxta VICTOR. BYTHNERUM (b) quod maxime in hocce anagrammate applicabile videtur. Quando autem alii latinis literis scribunt τὸν יהוה per IHOVA quomodo cupit M. DAN. WEIMARUS (c); alii JOVA uti JOH. WILHELM ZIEROLDUS (d); rursus alii JEHOVA prouti M. JOH. ARNDIUS (e) M. JOH. BEHM (f): Quidni & liceret Anagrammatismo Studenti scribere JEOVA ex rationibus supra suppeditatis. Qua: quod per E expresserim provoco ad Mosorethas בְּרָאשֵׁית non ut nos Christiani amamus efferre Breschit; sed Berechit legentes testante JOAN. CHRIST. WOLFIO (g). Quid? quoad H ἀλλογικῶς provoco ad τὸν Ιωάννης, quod scribitur modo Johannes, modo Joannes.

(a) In Aristarch. Lib. I. Cap. XIII. (b) לשון מיריים five lingua Eruditorum Cap. X. R. 66. p.m. 46. (c) תורת טעמי המקרא five doctrina Accentuationis Ebraicæ R. III. Sect. I. Membr. III. p. 35. (d) In der Einleitung zur aründlichen Kirchen-Historie mit der Historia Philosophica verknüpft, Cap. II. § 170. p. 230. (e) In tit. ubi: JEHOVA auxiliante de cultura Judicii: (f) JEHOVA benedicente disp. de Nimbo Sanctorum. (g) In Methodo Hebraismi Nova §. XV.

## THESES II.

Nomen יהוה aliis derivatur ab דָּרוֹה aliis ab דָּרוֹה.

Nomen יהוה aliis deducunt ab דָּרוֹה ubi Græci pro ἂ usurpat leniorem aspirationem, dicendo ἡ, unde ἡμι. Attenditur vero hic derivata constare ex puris vocalibus, cum Ebraicum tres habet ex literis אהוי, adeoque ab hoc themate descendantibus nullam substituti consonantem. Quæ etiam derivatio DEO maxime convenit. Acceptienda vero hæc radix non est absolute; sed plane ἐμφατικῶς & eminen.

eminentissima in significatione, quo immutabilitas & essentia & voluntatis DEI insinuantur. Quod equidem corroboratur Exod. III, 14. ubi ipse εγώ εἰμι ὁ ἦν, unde αέρις אָהִיךְ אֲשֶׁר אָהִיךְ i. e. ero qui ero (ubi Futurum juxta linguæ Ebrieicæ consuetudinem rem perpetuam significat, præsertim quia rationes & præsentis & præteriti continet.) LXX, Interpretes: εγώ εἰμι ὁ ὄντως, unde יְהוָה non male diceretur *Essentialis*, cum essentia & existentia excellentissima ipsi soli sit propria cœu asserit VICT. BYTHNER (a). Loquatur J. GERHARDUS (b) de „PLATONE verba instituens: De hac DEI (יְהוָה) appellatione „PLATO in Ægypto aliquid audiit, unde in Timæo docet, solum „DEum proprie esse, cetera vero quæ oriuntur, mutantur & inter- „reunt verius NON ESSE, quam ESSE. In Sophista ac Parmenide „vocat τὸν οὐν ac in Theæto dicit, quod quælibet res creatæ plūs „habeat NON ENTIS quam ENTIS, sic homo tantum habet ESSE „hominis, sed non habet ESSE coeli, angeli, aliarumque creatarum „rerum omnium, solus יְהוָה vero habet ESSE omnium. Quapropter DEus Israëlitæ ex Ægypto educturus hac allocutione sua suarum insimul insinuare volebat promissionum infallibilitatem, quasi diceret: Ich bin יְהוָה was ich zusage das muß und soll geschehen; Alii deducunt ab יְהוָה; verum enim vero cum & commutabilitatem facile admittant, pax erit in utramque partem. Horum tamen piæ meditationes ambabus accipio, quod dicant schevatum indicare futurum; Holem præsens, & H quiescens in τὸν innuere præteritum. Quare bene Joh. XXII, 13. de nostro יְהוָה: Εγώ εἰμι τὸν Αὐτὸν τὸν Ω, αὐχὴν καὶ τελοῦ, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἐπιχατός. Sub illo enim ut præterito & hoc ut futuro complectitur præsens, quare fuit, est & erit.

(a) In Lyra Prophetica Davidis Regis PL. I. 16. p. 4. (b) Loc. Theol. de Natur. DEI p. m. 508 b.

### THESES III.

Nomen יְהוָה excludit omnem compositionem.

Est igitur singularitas quædam quod hoc nomen προσαγεῖται πατοῦ non compositum fit, nec compositionem admittat, & si qua cum aliis nominibus componatur, insimul integrum constitutat propositionem. Thesis V. Assentitur de hac singularitate MICHAEL SIRICUS (a) dum hoc nomen יְהוָה sanctissimum & qua formatione

A 3

significa

significationem & constructionem profus singulare habet. Qua de re vi hujus singularissimae singularitatis etiam cum JOH. PAUL. HEBENSTREITIO (b) nego hoc nomen יְהוָה, et si a futuro & quidem tertia ejus persona ducatur, esse ipsum futurum aut ipsam futuri tertiam personam, cum (α) habeat plane alia puncta, quam tertia futuri persona; (β) manifeste enuncietur ut nomen verbo contradistinctum.

(a) In Colleg. Theol. disp. III. th. X. p. 42. (b) In not. ad Joh. Guil. Bajeri Compendium Theol. art. de DEO §. II. n. 8.

#### THESIS IV.

Nomen יְהוָה est nomen DEI proprium.

Sumitur vero *Proprium* vel Logice vel Grammatice. Illud est, quod uni soli speciei & quidem semper competit, cum alias contradistinguatur accidenti. *Proprium* grammaticum est vero, quod uni soli Individuo convenit & opponitur nomini appellativo. Clarius patescat sequentibus CAROLUS VI. IMPERATOR ROMANUS. Sic nomen CAROLUS VI. esset nomen proprium & quidem grammaticale tale, quia hoc nomen nulli alii Imperatori in praesentiarum competit, quam IMPERATORI ROMANO; Auct nomen IMPERATOR esset proprium Logice tale quia quidem uni speciei homini scilicet competit, non Individuo tantum, cum non minus *Turcarum* atque *Moscovitarum* Imperatores vocentur Imperatores. Non igitur a baculo ad angulum infero, si dixero, DEus cum dicitur יְהוָה & אלהים, illud esse ejus nomen proprium Grammaticum, non vero hoc, nisi quia logicum, quia etiam Diis falsis quinimo magistratui Politico tribuitur Ps. LXXX. Asserta patent quia respuit (α) ו emphaticum, ut ita res ab alia plane diversa determinetur, hinc plane absonum diceres: Hic est DEus, Ille est DEus, Iste & DEus, unus quippe est filius DEus qui יְהוָה dicitur; (β) Statum constructum; (γ) suffixa; (δ) pluralem.

#### THESIS V.

Nomen יְהוָה est nomen DEI incommunicabili e. i. e. DEO cum aliis creaturis non commune.

Id quod ex jam dictis ex parte ad oculos patet. Quodcunque enim est nomen proprium & quidem grammaticae loquendo, illud non

non est commune ulli creaturarum ; אֵלֶיךָ תְּהִלָּה. Ergo, Major liquet satis, nam proprium & commune in eodem respectu sunt contradictoria. Contra veniunt quidem Sociniani ut OSTORODUS (a) CRELLIUS (b); HUGO GROTIUS (c) Arminiani ut SIMON EPISCOPIUS (d) PHILIPPUS a LIMBORCH (e) CONRAD. VORSTIUS (f) JOAN. CLERICUS (g) Arminianismi hoc in passu fit & alias Fautor; Synceritismi Patronorum Bigae GEORGIUS CALIXTUS (h) & CHRISTIANUS DREJERUS (i) nomen יְהוָה Angelis ut legatis DEI falso adscribentes, quod videre est ex jam jam præmissis Th. IV., notis, cum quibus nuspam reperitur, nec in regimine collocatur. In folle autem ut regeram, sic Deus sibi expresse hoc nomen ut suum sibi vindicat Es. XLII. 8. scqq. אֲנִי יְהוָה הוּא שְׁמִי ex quo de nostra thesi firmo stante tali testetur נִשְׁתַּחֲוֵל meum nomen & נִשְׁתַּחֲוֵל alteri. Jam vero quod uni oppositorum creaturarum scilicet & Idolorum ita adscribitur, ut id ab altero eapropter distingatur, non tantum alteri non competit, sed & illius cui tribuitur est proprium adeoque incommunicabile. Quid? quod ut parcus sim verborum, ipse usus luculenter probat haec tenus dicta. Etsi quoque aliquis diceret: יְהוָה נָתָר tribuitur altari Exod. XVII. 6. יְהוָה נָתָר; item Abrahamus filium immolatus dicebat de isto loco, Gen. XXII. 14. יְהוָה-זְרָאתה. Attamen juxta superiora nomen compositum distinguendum a simplici. Nam Nomen aliquod compositum cum יְהוָה involvit statim integrum propositionem implicitam, adeo ut sensus sit d. c. Gen. XXII. 14: Deus qui in illo loco habitat, providebit & est יְהוָה; non item: ille locus est יְהוָה. Et ad CALIXTUM quod est hoc nomen & angelis creatis ut DEI legatis, & increato tribuentem, regeritur, absurditatem sapere, cum Legatus dicere vellet: Ich bin der Türkische Kaiser, absit per omnem modum. Memor enim sit hac vice inversionis casuum, Genitivus regit Nominalium vi Dativi, i. e. Ich bin des Türkischen Kaisers Gesandter. Adjungantur hic theseos verioris testes B. J. GERHARDUS (k) ABRAH. CALOVIVS (l) KILIAN. RUDRAUFFIUS (m) HENR. ECKHARDUS (n) JUST. CHRISTOPH. SCHOMERUS (o) & loco omnium loquatur BARTHOLOMÆUS KECKERMANNUS (p).

- (a) Instit. Cap. X. p. 70. b) De DEO & attribut. Cap. XI. p. 78.
- (c) In Annott ad Libr. V. T. Gen. XVIII. 3. (d) Instit. Libr. IV. Sect. I. (e) In Theolog. Christian. Lib. II. Cap. I. §. 7. p. 52.
- (f) In

(f) In Disp. I. De DEO thes. 19. (g) In Gen. fol. 135. (h) In Disp. de Sanctissimo Trinitatis Mysterio § 24. cuius cetero-  
quin falsa dogmata acri calamo perstrinxisse & quidem fere  
in universum omnia B. JOHANNEM HÜLSEMANNEN in  
Dyalisi apologetica problematis CALIXTINI de mysterio  
Trinitatis in V. T. non patefacto qua præfat. & pag. 78. obser-  
ves. (i) Zu der Erörterung pag. 116. (k) In Exeges. Loc. II.  
de Natur. & attrib. div. §. 28. sqq. (l) Tom. II. System pag.  
159. seq. (m) In Syllog. extens. Loc. de DEO qv. 3. p. 5. seqq.  
(n) In Fascic. controvers. Théologic Cap. II. de DEO qv. 1.  
p. 28. (o) In Colleg. Anti-Socin. Cap. III. de DEO qv. 3. (p)  
, Dicunt quidem Adversarii, inquit, nomen יהוה non semper in-  
ferre æternam DEI essentiam, sed etiam creaturis tribui: sed  
, cum locum nullum idoneum adferant, quo id probent, id quod  
, dicunt, pro non dicto est habendum.

## THESES VI.

## Nomen יהוה est nomen DEI essentiale.

Significat enim essentiam simpliciter & absolute talēm, qualem  
nullum ens, nisi verus DEUS habet, essentiam nempe independen-  
tem, æternam ac necessariam. Nam sicuti est ENS ex quo quid NON  
ENS sit percipiatur, illud ἀυτῶν cæterorum ὄντων fundamentum,  
vera & una causa, origo omnis essentiæ, πρώτος καθ' ὑπάρχειν καὶ  
κατ' αἰτίαν τὰ εἶδα, ab Idolis differens, quæ non sunt, sed fin-  
guntur; ita quoque est pelagus omnium perfectionum, ob quem  
quæ sunt, sunt & existunt. Optime sane hinc ait GOTTHOFRED.  
CUNDISIUS (a) in LEONH. HUTTERI Compend. in nomine  
יהוה tria notata digna occurrere, scilicet, ut credimus, 1) DEUM  
ESSE; 2) creaturis dare ESSE; 3) suis promissionibus largiri ESSE,  
quippe immutabilis יהוה est sicuti in essentia, ita & promissioni-  
bus. Quare S. S. Literæ hoc elogium in gradu eminentiori DEO  
tribuunt, quod stet missis.

(a) Loc. II. de DEO qu. II. §. 4. p. 72.

## THESES VII.

## Nomen יהוה contractum repræsentat נ.

Fuerunt quidem magni nominis Theologi uti J. GERHARDUS (a)  
FRIDERICUS SPANHEMIUS Senior (b) MICH. WALTHERUS  
(c), qui putarunt hoc nomen non admittere contractionem. Ast  
quicquid est, nec a parte theseos defendendæ desunt ejusdem no-  
minis

minis Theologi. Modo hoc volo hac vice, Judæos olim assuetos contrahendo & abbreviando nomen יהוה scripsisse sequentem in modum : § ex quibus si quis probabatum iret, quod Judæi Iti olim moti externo numero יְהוָה in S. S. literis V. T. ter repetiti ceu Num. VI. 24, 25, 26, & Es. VI. 3, (in hoc nonnisi implicite) Trinitatem crediderint, a quoquam ipsi ob id dicam scriptumiri, non mihi persuadeo. At enim vero Hujus Seculi Judæi ejus scribendi genus ulterius non adhibent, sed ferme devitissimis videntur.

(a) In Exeges. Loc. II. de Nat. & Attrib. div. §. 7. (b) P. I. dispp. Theol. Miscell. p. 38. (c) Spicileg. P. I. p. 18.

### THESES IX.

**Nomen יהוה Patribus V. T. statim ab initio innotuit.**

Sic namque hujus nominis יהוה statim in ipso Capitis III. Genes. initio movetur & injicitur mentio, unde patet, hoc nomen ipsis notum fuisse. Quod autem attinet Exod. IV. v. 1. sic regerunt alii, quod hoc dictum intelligi oporteat, quia fidem promissionis; alii qua meliorem revelationis modum & gradum; & adhuc alii aliter de quo Commentatores.

### THESES IX.

**Nomen יהוה potest legi & pronunciari.**

Judæi equidem hoc nomen omnium nominum κυριών & DEO quasi substantiale habent ἀνθρώπων; verum enim vero Christiani in contraria merito abeunt sententiam, affirmando omnino legi & pronunciari posse imo debere. Id elucet 1) quia vocales sunt, ut supra perspeximus, ex quibus constat hoc nomen. Haec autem sive sunt mutuatae sive propriæ, omnino legantur, 2) in V. T. lectum est atque pronunciatum, quod liquet ex nominibus haut paucis ab illo derivatis, ut sunt v. g. Josua, Joſaphat, Jojakim κ. τ. λ., quæ juxta Ebraismum sonant יהושׁבָת, יהוֹשֵׁבָת, יהוֹיָקִים, יהוֹיָקִם, ubi contra ea deprehendimus Judæos ita legere recusantes, sed potius אַרְנֶנְשׁוֹהָ אַרְנֶנְקִים אַרְנֶנְשׁבָּת, quippe semper loco יהוֹה legant 3), in eum enim usum nobis istud nomen revelatum est, ut legamus pronunciemusque, 4) omnium sensuum in hoc passu eadem est ratio; nam si possum oculis perspicere, quidni & legere lingua, quidni & scribere manu? Est quippe haec singularissima נָאָר וְוָעָד divinatur notitia

notitia evidentissimum divinæ συγκαταβάσεως & φιλανθρωπίας argumentum. Nec (a) impedit lectionem, quod diversis scriptum punctis legatur, ut interdum punctis יְהוָה, interdum vero אלהים, siquidem nil nisi hoc indigit videatur præter illud, quod idem Deus qui dicitur אֱלֹהִים & יְהוָה sit. Nec (b) favet hoc parti adversæ, quod olim Inferioribus non licuerit tam esse temerariis, ut Dominos & Superiores proprio nomine vocarent, id enim superiores in sui nominis contemptum rapiebant, ceu ostendit DOUZA (a) & SERVIUS (b) & idecirco forsitan ex hac etiam ratione nomen DEI proprium יהוה exprimere & pronunciare veriti sint Judæi, cum eorum verba adducit B. DANHAUERUS (c). *Eft Deus nomine יהוה, quem reque enunciari a creaturis neque communiciari creatura potest.*

(a) Ad illud *Plauti A&T. Scen. III. Amphitr. ad verba: Eamus Amphitruo.* (b) Ad *Libr. XII. Æneid. vers. 625.* (c) In *Disput. de Ecclesia Judaica* quâ artl. de DEO pag. 25.

### THESIS X.

*Nomini יהוה non plene satis & ex æquo respondeat nomen קָדוֹשׁ.*

In aprico quidem est Socinianos ac Photinianos docere, hoc nomen sine articulo scriptum, non denotare Deum, sed solum cum articulo. Id quod falsitatem sapit maximam, quia in N. T. uno & altero loco יהוה vertitur per κύρος, ut adeo nomen essentiale DEI exprimatur per κύρος. Nam Græcis non est nomen eminentius, quo illud יהוה exprimere valeant. Nec alia ejus derivatio admitti queat, quam αὐτός, potestas, ut hæc & summa DEI potentia ut attributum essentiale indicetur. Quamvis vero κύρος, principiatis, nomen est, ceu Barbari loquuntur & ratae autoritatis. Ut cum dicitur κύρος νόμος i. e. rata lex, nondum refixa; nondum plane tamen & ex æquo responderet τὸ κύρος τῷ יהוה. Nam & analogica vox est κύρος, non item nomen tetragrammaton. Primum quidem DEO, sed dependenter ab eo confertur 1) ἡ Θεοῦ absolute personis in dignitate constitutis, 2) πολιτικῶς Magistratibus, 3) δικονομοῦσι, qui nexus mercenario aut mancipio sibi obligatos habent, ceu docet B. DANHAUERUS (a).

(a) In

(a) In Diff. de Domino Gloriæ crucifixo, ex 1. Cor. II. 8. I. DOMINUS §. I. pag. 3.

### THESIS XI.

Nomine יהוה Judæi valde abutuntur.

Judæi superstitione plane abrupti credunt Biblia constituta esse non in id tantum ut sit partialis norma credendorum & faciendorum in sphæra Spiritus, sed & apotheca in circulo naturæ. Audi BENJAMIN (a). Quidam enim textus Biblici, quidam apices, quædam literæ, cum primis nomen יהוה incendia extinguant, exercitus delectant, morbos depellunt, inducunt tempestates sedant, abortus impediunt, & denique quid non? En eapropter Judæos superstitione credendo nomen יהוה ineffabile, in effectu illud dedecori expónentes, vah!

(a) In Itiner. pag. 93.

## SECTIO SECUNDA,

DE  
BONITATE  
NOSTRI יהוה.

### THESIS I.

יהוה non potest malefaciendi & nocendi cupi-  
ditate quidquam facere.

Ne autem Andabatarum more coecis quod ajunt iætibus pugnemus, annotatu dignum occurrit in antecessu, mihi non esse sermonem de Bonitate, quatenus Metaphysicæ est considerationis, sic enim Diabolo, quinimo meretrici competit Bonitas Metaphysica also daß sie selbige vor einer guten Hure passiren läßet (a); sed de Bonitate Theologica, eaque in se sive absolute sive respective seu in relatione ad creaturas considerata. Ubi sic Deus dicitur bonus in genere causa efficientis, exemplaris, finalis docente MAGNO THEOLOGO FRANC. ALB. ÆPINO (b) Præceptore meo, priusquam Themidis castra sequebar, fidelissimo ac mellitissimo. Sed ne extra oleas vagari videar, retrogradior ad Theorema firmo stans ralo. Quia alias hoc ipso, nisi ita esset, bonitas nostri יהוה si non extingueretur saltem minueretur. Quo tendunt Manichæismus, Marcionismus, & Priscillianismus, vi cuius creaturæ quædam ex se malæ

B 2

essent

essent & ab aliquo principio extreme malo profectæ , ut refert ex AUGUSTO, NICEPHORO, EUSEBIO JAC. MARTINI (c). Ut taceam id ipsum satis luculenter amplissimis demonstratu facillimum esse, inductione cœu Logici solent, facta in omnibus omnino a DEO creatis. Nec procedit post lapsum in statum miserabilem creatureas esse positas. Cum enim culpa non sit **רִאשׁוֹן**, sed hominum, proinde & homines sibi habeant.

(a) Quæ sunt verba Clarmundiana in der bernünftigen Urtheilen von  
gelehrten Leuten 2c. Viertem Stück (f) in Philosophia n. 5 pag.  
350. (b) In Metaphysica ad Theologiam applicata P. III. Sect. I.  
Cap. IV. §. I. usus p. 113. (c) Libr. I. Exercit. Metaphysic. Ex-  
ercit. XVII. p. 496.

### THESIS II.

**רַבָּה רְבָה** benefacit.

Ardet enim ejus affectus adeo, ut nullibi non ad se vocet filios licet degeneres clamando: Kommt her zu mir alle die ihr mühselig und beladen seyd, ich will euch erquicken, Matth. XI. 28. Accedit quod per totum diem expectet numerus in manibus amoris solatissimi plenissimis extensis unumquemque ad se trahat. Quid? quod **πολυσπλαγχνια** in omnes ardentissimam ac flagrantissimam ostendit, dum unicuique nostrum unigenitum suum in capitibz causa dedit vadem, infinitis seculis ante quam eramus, Joh. III. 16. Et dato Christo arbore vitæ, non potest non dare fructus, fidem sc & vitam æternam. Quid enim juvaret nos, bonum dici DEum, ac bonitatem competere **רִאשׁוֹן**, si cum prodest potest in actu primo, non prodest in actu secundo. Quod quidem volunt Calvinus - Reformati in effectu semibonitatem **רִאשׁוֹן** afferentes, cum scilicet mentiuntur, DEum maximam hominum partem sine relatione sive fidei, sive incredulitatis irresistibiliter, ineluctabiliter ad inferos nunquam desitris damnandos suppliciis deprimere, reliquis vero irresistibiliter ac inevitabili **πειθαρχη** per Christum ejusque gratiae dona oblata salvatis; ne autem hic crassa cavi spirare mendacia folles dicantur, vide sis B. JOH. CONR. DANHAUERUM (a) qui ad oculum diduxit.

(a) In Salve Reformatorum pag. 358. & pag. 446. 514. seqq.

### THESIS III.

**רַבָּה רְבָה** benefacit minime provocatus.

Huma.

Humanum genus ad instar filii acolasti nefarie patrimonii de-  
coctoris nunc flagella sentientis , nesciebat, quomodo gratiam cum  
D E O rursus iniret. Bonitas vero יְהוָה erat summe gratuita adeo  
ut & debito in Numine & merito in homine contradistinguatur, quia  
utrumque convellit plane ac minuit rationem gratiae ; quippe hujus  
natura, que indebitum in immeritum conferat. Majestas quidem,  
יְהוָה omnium operationum divinarum Domina, cui maxime אֱלֹהִים  
Divov נָגֵן autēχσιον proprium est, unde & ex quoniam obligandi  
vinculo qua actus salvificos consiliaque obligetur rebellis & immo-  
rigeri acolasti אֲדֹנָפֶס succurrente & sublevante? Hautquaquam  
igitur provocatus יְהוָה benefaciebat generi humano per protopla-  
storum nefarium ausum Deiformitatem amittenti quomodo salutem  
perduellum per Christum restauraret, consilium iniens ex mera bo-  
nitate & τωρησίσ. Sit ita quod יְהוָה reconciliationis initium fece-  
rit, filiumque mundo, amico veteri liberalissime dono dederit. Utrum  
vero bonitas יְהוָה se eo extendat ut quemadmodum quidem  
volunt Calvino-Reformati, DEus ex necessitate justitiae distributivae  
lapsis ad a se requisitam fidem & obedientiam praestandam in offe-  
rendis viribus paratus esse, minime provocatus, teneatur vi Rom. XI.  
35., de eo distinguendo obligationem ex promissione factam & ex  
æquitate ortam, mitto ad B. HÜLSEMANNUM (a).

(a) In Disp. I. de Auxil. Grat. Cap. III.

#### THESIS IV.

תְּהַווֹת a se creatu conservat.

Testetur de hoc providentia divina , vi cuius DEus homines  
fovet & innumeris bonis omnis generis cumulat & maestat. Non  
enim tantum ferventer fovet quos sub alas suas recondidit gallina  
pullos, sed & errantes serio vocat ad se, ac desiderat eos cum reli-  
quis abscondendos sub alis suis, qui alias spreta Matris voce, inci-  
idunt in unguis rapacium, que sanguinem sanguinem avium. Et ad quod  
naturali affectu, gallina contendit, id יְהוָה sincera sua bonitate in-  
tendit offrendo ad dispersorum congregationem sufficientia, & quod  
illâ efficere parata est facisque, hic procurare ac conservare decre-  
vit adhibetque.

#### THESIS V.

תְּהַווֹת non bonis calucis contentus est,

B 3

Nam

Nam vere DEO digna i. e. immutabilia & æterna hominibus donat. Quale bonum est præprimis salas æterna. Sic enim Joh. 3. v. 28. יְהוָה recipit ac pollicetur vitam ÆTERNAM, Ezech. XIX. 32. hortatur ut revertentes vivant, & Cap. XXXIII. 11. יְהוָה non vult mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua & vivat! Sicut vero nunc mors damnatorum est malum æternum; i a & vita beatorum bonum æternum & immutabile erit. Nec est, quod objicias, mortem æternam damnatorum non esse bonum sed malum adeoque DEO indignum bonitatique ejus contrarium; Verum enim vero scias bonitatem יְהוָה nihil derogare justitiæ ejus, nam quo usque se extendit bonitas יְהוָה, eousque etiam se extendit ejus Justitia; Sunt enim juxta se in DEO bonitas & Justitia ponderanda, nec altera alteram tollit.

## THESIS VI.

וְיְהוָה omnis generis hominibus benefacit sine discrimine populorum.

Varie quidem bonitatem tuam pro summa sua sapientia effundit, testante experientia interprete rerum præteriorum optima; Ast exinde non fluit, ut neges vocationem ad salutem æternam sanctam esse universalem. Quippe DEus non vult, ullos perire, sed omnes ad agnitionem veritatis pervenire 2. Tim. II. 4. Ad hæc ineffanda DEI bonitas inde perspicitur, quod licet in justissimam ἀποστολας eorum poenam sivit יְהוָה gentes suas incidere, non permiserit tamen, se expertem testimonii Act. XIV. 16. 17. De cætero elegan- tissime in hanc materiam quadrantia congregavit CASPARUS LILI- US (a) insimul adversarios circa hanc controversiis maximis exposi- am materiam per Secula adduxit.

(a) In Diff. de voluntate DEI circa Salutem hominum §. 9. & seqq.

## THESIS VII.

וְיְהוָה semper est bonus.

Nunquam igitur DEus fuit fons errorum ac causa, quod ejus Bonitas non admireret. Nam Semper esse bonum, & tamen al- quando fontem ac causam errorum esse, sunt contradictionia. Mi- rari properea nos oportet, quosdam frivulos fuisse ac mendacio- rum Magistros Doctori Lutheru Taurasianus affingentes, blas- phemum

phemum eum soviste errorem quod DEus nempe efficax omnium malorum & errorum sit causa. Lutherus vero quantum summum Bonum & hominem ad ejus imaginem factum, ad ultimum vitæ halitum dilexerit, nunquam hæc talia statuens, de eo evolvi mereatur D. JAC. MARTINI (a). Etsi etiam quandoque repetit יהוה poenas de malis, nihil omnis ei competit bonitas. Siquidem anima hominis se per seipsum reddit aptam ad poenas à DEO justissimo recipendas, ut ostendit N. E. FROM (b). Quare Semper FUIT, EST & ERIT bonus יהוה.

(a) In tract. de causa Peccati, pag. 139. (b) In Diff. Metaphysic. Prior. de necessitate revelationis per rationem cognoscenda pag. 18.

### THESIS XII.

יהוה beneficus est non suâ causa.

Non enim emolumenntum quodpiam hinc ad ipsum redundant  
ac reddit; sed quicquid facit, in utilitatem creaturarum fit atque  
emolumenntum. Superius judicet inferius; & prin-  
cipium loquatur de

FINE.



Literæ, VIR PRÆNOBILISSIME, CLARISSIME,  
MASCOVIORUM NOMINIBUS DEVO-  
TISSIME cum sint affectus absentium testes; hoc ma-  
gis erunt præsentium amoris Symbola indubia ac  
plane invicta. Ego non quidem longe absens, in-  
terim nec omnino præsens TIBI haec tenus qui fue-  
rim, in præsentiarum præsentia offero, aliquando in  
NOMINE TUO de meo nomine dia Teatris inter-  
rogatus. Quod igitur tam sero ac lente TIBI me de  
meliori nota commendatum iverim, Timiditas fecit  
sane, quæ tamen hoc in passu maxime abesset. At  
enim vero nunc eo citius currant hæc mea, quo  
lentius

lentius tunc incedebant. Sunt quidem reliquiae  
Theologicæ, quibus TE prorsus aggredior, quas-  
que Sui cujusque οὐρανοῦ maneat. De cetero cum  
Θάνατός εἰναι ἀνένητος, hæc mea est mens, hic ani-  
mus, ut cum τοῦτον hoc tempore vitam vivat ex Ma-  
ria Virgine natus, TIBI gratuler appræcatus, τούτῳ fit  
TIBI παρ' ὄλον τὸν Βίον ζωὴν vi suæ bonitatis æternæ se-  
cularem nobis terminans tractum, quo hunc & mul-  
tos multis cum commodis Reipublicæ FAMILIÆQUE  
SPLENDIDISSIMÆ decurras adhuc annos, sic TU  
TIBI me impensisimè amari nec ignorabis ; Sic  
Ego Mihi TE diligentissime celebrari nec ignorabo.  
Fave TIBI in pectore sito, ac Symbolum eligenti: Si  
humana deficit bonitas, nondum de divina desperandum  
tamen est.

- - - Θεοὶ δέ τε πάντα δύναται.

## COROLLARIA.

### SECTIO I;

- I. ΚΑΝΝΙ cum τ & - scriptum non est unum idemque.
- II. A E I O U sunt æternæ.
- III. Regi aut Principi non competit Titulus: OPTIMUS MAXIMUS.
- IV. ΙΗΣΟΥΣ non est Hermaphroditus, etiamsi Filium eius nativitatem  
celebramus, ab æterno generavit. (\*)

(\*) Conf. B. ZACHARIÆ GRAPPI Diff. de Decoribus Sanctitatis  
ab utero Aurora & Rore Juventutis Messiae ad Ps. CX. 3. Sect. VII.  
qu. IV. § 1. 2., ubi JOANNEM MALDONATUM hos abso-  
lute affirmantem refutat, p. 68. & 69.

### SECTIO II.

- I. Bonitatem inter & Beneficentiam jam non distinguo.
- II. ΙΗΣΟΥΣ est bonus, Σατανᾶς nonnisi Bonum.
- III. Bonitati cum larga sui & prodigiæ potius, non hæret invidia.
- IV. Non est revera MAGNUS, qui non est BONUS.

\* \* \* : ( o ) : ( \* \* \*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn82861217X/phys\\_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82861217X/phys_0023)

DFG






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn82861217X/phys\\_0025](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn82861217X/phys_0025)

DFG





ne classis sit homo, ut loquar verbis H. OLIVAR aspera ad astra itur per varios casus per tot di Fortis autem hic poscitur animus, mortis terrore um vitæ extreum inter munera naturæ ponat ue dolores, nesciat irasci, nihil cupiat, & potiores HERCULIS ærumnas ducat fævosque labores & is & SARDANAPALI cœnis. En Nobilissimum

ut. de Numeri Quinarii Excellentia §. IX. Juncto Pen cursus Studentici de Studio Monasterio Academi §. 4. ubi nostro scopo hic inservientia plura in no runt.

### §. II.

ur NOBILISSIMO ex se nato inest Epietetis, So Senecæ, Bruti, Catonis. Philosophiam habet callem, i. e. Sie ist im Kopf und nicht auf den non μερικῶς & in tantum, sed ὀλικῶς & in tota in mundo, quasi extra mundum, infra coe oelum, ne qua pavidum feriant minæ, si fras. Loquimur autem præprimis de Politico eeu quem quidem sat aperte indicat §. III. Sect. II. in tempore Stultitiam omnium vitiorum matrem, abitu & commodo erigi. Divites ignobiles occi. Magnanimæ paupertatis ipsum non pudet. virtuti und gebrauchet sich einer Philosophischen hen Freyheit. In mundo est nonnisi accidens. im NOBILISSIMUM ad ἀπαθείαν i. e. Nichts sydens - Befreyung, naturalem bonitatem, & em ducentia. Cum his autem conjunctam de penes animum fidelissimum.

### §. III.

emque nunc fidelissimum putat je ehrlicher, respicit propria, non Personalia. Studet fi en wackern- und edleren Mannen decenti. Uni

B 2

contra